

PRIME  
*and*  
COMPLINE  
*according to*  
*the Benedictine Ritual*

LATIN - ENGLISH

Copyright © Clear Creek Abbey, 2021  
All Rights Reserved.  
ISBN 978-1-329-65350-4

[Clearcreekmonks.org](http://Clearcreekmonks.org)

# *Contents*

SUNDAY - PRIME.....	3
MONDAY - PRIME .....	8
TUESDAY - PRIME.....	14
WEDNESDAY - PRIME .....	21
THURSDAY - PRIME.....	27
FRIDAY - PRIME.....	32
SATURDAY - PRIME .....	40
COMPLINE .....	48



# SUNDAY - PRIME

℣. Deus in adiutorium meum inténde.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festína. Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \* et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

## Hymnus

**J**AM lucis orto sídere,  
Deum precémur súpplīces,  
Ut in diúrnīs áctibus  
Nos servet a nocéntibus.

Linguam refrénans tēperet,  
Ne lítis horror ínsonet:  
Visum fovéndo cóntegat,  
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,  
Absístat et vecórdia;  
Carnis terat supérbiam  
Potus cibíque párcitas.

Ut, cum dies abscésserit,  
Noctémque sors redúxerit,  
Mundi per abstinéntiam  
Ipsi canámus glóriam.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Et nunc et in perpétuum.  
Amen.

*Ant.* Allelúia, † allelúia, allelúia.  
(*TP:* allelúia)

℣. O God, come to my assistance;

℟. O Lord, make haste to help me. Glory be to the Father, and to the Son, \* and to the Holy Ghost. As it was in the beginning, is now, \* and ever shall be, world without end. Amen. Alleluia.

## Hymn

**N**ow in the sun's new dawning ray,  
Lowly of heart, our God we pray  
That he from harm may keep us free  
In all the deeds this day shall see.

May fear of him our tongues restrain,  
Lest strife unguarded speech should stain:  
His favouring care our guardian be,  
Lest our eyes feed on vanity.

May every heart be pure from sin  
And folly find no place therein:  
Scant need of food, excess denied,  
Wear down in us the body's pride.

That when the light of day is gone,  
And night in course shall follow on.  
We, free from cares the world affords,  
May chant the praise that is our Lord's.

All laud to God the Father be,  
All praise, Eternal Son, to thee:  
All glory, as is ever meet,  
To God the holy Paraclete.  
Amen.

*Ant.* Alleluia † alleluia, alleluia.  
(*PT:* allelúia)

**Psalmus 118(1-8) [1]***(Aleph)*

**B**EÁTI immaculáti in via: \* qui  
ámbulant in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur testimónia  
ejus: \* in toto corde exquírunť eum.

Non enim qui operántur iniqui-  
uitátem, \* in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandásti \* mandáta tua cus-  
todíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, \* ad  
custodiéndas justificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, \* cum per-  
spéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directiÓne  
cordis: \* in eo quod dídici judícia  
justítiæ tuæ.

JustificatiÓnes tuas custódiám: \*  
non me derelínquas usquequáque.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui  
Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et  
semper, \* et in sácula sæculórum.  
Amen.

**Psalmus 118(9-16) [2]***(Beth)*

**I**N quo córrigit adolescéntior viam  
lsuam? \* In custodiéndo sermónes  
tuos.

In toto corde meo exquisívi te: \*  
ne repéllas me a mandátis tuis.

In corde meo abscondi elóquia  
tua: \* ut non peccem tibi.

**Psalm 118(1-8) [1]***(Aleph)*

**B**LESSED are the undefiled in the  
way, \* who walk in the law of  
the Lord.

Blessed are they that search his  
testimonies: \* that seek him with  
their whole heart.

For they that work iniquity, \*  
have not walked in his ways.

Thou hast commanded \* thy  
commandments to be kept most  
diligently.

O! that my ways may be directed  
\* to keep thy justifications.

Then shall I not be confounded, \*  
when I shall look into all thy com-  
mandments.

I will praise thee with upright-  
ness of heart, \* when I shall have  
learned the judgments of thy jus-  
tice.

I will keep thy justifications: \* O!  
do not thou utterly forsake me.

Glory be to the Father, and to the  
Son, \* and to the Holy Ghost.

As it was in the beginning, is  
now, \* and ever shall be, world  
without end. Amen.

**Psalm 118(9-16) [2]***(Beth)*

**B**Y what doth a young man cor-  
rect his way? \* By observing  
thy words.

With my whole heart have I  
sought after thee: \* let me not stray  
from thy commandments.

Thy words have I hidden in my  
heart, \* that I may not sin against  
thee.

Benedíctus es, Dómine: \* doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, \* pronuntiávi ómnia júdícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, \* sicut in ómnibus divítiiis.

In mandátis tuis exercébor: \* et considerábo vias tuas.

In justificatióibus tuis meditábor: \* non oblivíscar sermónes tuos.

### **Psalmus 118(17-24) [3]**

*(Ghimel)*

**R**ETRÍBUE servo tuo, vivífica me: \* et custódiám sermónes tuos:

Revéla óculos meos: \* et considerábo mirabília de lege tua.

Íncola ego sum in terra: \* non abscondas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas, \* in omni témpore.

Increpásti supérbos: \* maledícti qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me oppróbrium, et contéptum: \* quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur: \* servus autem tuus exercebátur in justificatióibus tuis.

Nam et testimónia tua meditatio mea est: \* et consílium meum justificatiónes tuæ.

Blessed art thou, O Lord: \* teach me thy justifications.

With my lips \* I have pronounced all the judgments of thy mouth.

I have been delighted in the way of thy testimonies, \* as in all riches.

I will meditate on thy commandments: \* and I will consider thy ways.

I will think of thy justifications: \* I will not forget thy words.

### **Psalm 118(17-24) [3]**

*(Ghimel)*

**G**IVE bountifully to thy servant, enliven me \* and I shall keep thy words.

Open thou my eyes: \* and I will consider the wondrous things of thy law.

I am a sojourner on the earth: \* hide not thy commandments from me.

My soul hath coveted to long for thy justifications, \* at all times.

Thou hast rebuked the proud: \* they are cursed who decline from thy commandments.

Remove from me reproach and contempt: \* because I have sought after thy testimonies.

For princes sat, and spoke against me: \* but thy servant was employed in thy justifications.

For thy testimonies are my meditation: \* and thy justifications my counsel.

**Psalmus 118(25-32) [4]***(Daleth)*

**A**DHÆSIT paviménto ánima mea:  
\* vivifica me secúndum ver-  
bum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudisti  
me: \* doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ín-  
strue me: \* et exercébor in mirabíl-  
ibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tæ-  
dio: \* confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove a me: \* et  
de lege tua miserére mei.

Viam veritátis elégi: \* júdicia tua  
non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, Dómine:  
\* noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúr-  
ri, \* cum dilatásti cor meum.

*Ant. Allelúia, allelúia, allelúia*

*Capitulum 1 Tim. 1:17*

**R**EGI sæculórum immortáli et  
invisíbili, † soli Deo honor  
et glória \* in sæcula sæculórum.  
Amen.

℞. Deo grátias.

℣. Exsúrge, Christe, ádjuva nos.

℞. Et líbera nos propter nomen  
tuum.

Kýrie, eléison. Christe, eléison.  
Kýrie, eléison.

Pater Noster, *dicitur secreto*  
*usque ad:*

℣. Et ne nos indúcas in  
tentatiónem:

**Psalm 118(25-32) [4]***(Daleth)*

**M**Y soul hath cleaved to the  
pavement: \* quicken thou me  
according to thy word.

I have declared my ways, and  
thou hast heard me: \* teach me thy  
justifications.

Make me to understand the way  
of thy justifications: \* and I shall be  
exercised in thy wondrous works.

My soul hath slumbered through  
heaviness: \* strengthen thou me in  
thy words.

Remove from me the way of in-  
iquity: \* and out of thy law have  
mercy on me.

I have chosen the way of truth: \*  
thy judgments I have not forgotten.

I have stuck to thy testimonies, O  
Lord: \* put me not to shame.

I have run the way of thy com-  
mandments, \* when thou didst en-  
large my heart.

*Ant. Alleluia alleluia, alleluia*

*Chapter 1 Tim. 1:17*

**N**ow to the king of ages, immor-  
tal, invisible, † the only God,  
be honor and glory \* for ever and  
ever. Amen.

℞. Thanks be to God.

℣. Arise, O Christ, and help us.

℞. And deliver us for thy name's  
sake.

Lord have mercy upon us, Christ  
have mercy upon us, Lord have  
mercy upon us

*Our Father is said silently until:*

℣. And lead us not into  
temptation:



R̄. Sed líbera nos a malo.

Ψ. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**D**ÓMINE Deus omnípotens, qui ad princípium huius diéi nos pervenire fecisti: tua nos hódie salva virtúte; ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procedant elóquia, dirigántur cogitatiónes et ópera. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sǎcula sǎculórum.

R̄. Amen.

Ψ. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Ψ. Benedicámus Dómino.

R̄. Deo grátias.

R̄. But deliver us from evil.

Ψ. The Lord be with you.

R̄. And with thy spirit.

Let us pray.

**O** Lord, our heavenly Father, Almighty and everlasting God, who has safely brought us to the beginning of this day: defend us by thy mighty power; and grant that this day we fall into no sin, but that all our doings may be ordered by thy governance, to do always what is righteous in thy sight. Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R̄. Amen.

Ψ. The Lord be with you.

R̄. And with thy spirit.

Ψ. Let us bless the Lord.

R̄. Thanks be to God.

# MONDAY - PRIME

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine, ad adiuvandum me festina. Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \* et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

## Hymnus

**J**AM lucis orto sídere,  
Deum precémur súpplices,  
Ut in diúrnis áctibus  
Nos servet a nocéntibus.

Linguam refrénans tēperet,  
Ne litis horror ínsonet:  
Visum fovéndo cóntegat,  
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,  
Absístat et vecórdia;  
Carnis terat supérbiam  
Potus cibíque párcitas.

Ut, cum dies abscésserit,  
Noctémque sors redúxerit,  
Mundi per abstinéntiam  
Ipsi canámus glóriam.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsq; soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Et nunc et in perpétuum.  
Amen.

℣. O God, come to my assistance;  
℟. O Lord, make haste to help me. Glory be to the Father, and to the Son, \* and to the Holy Ghost. As it was in the beginning, is now, \* and ever shall be, world without end. Amen. Alleluia.

## Hymn

**N**ow in the sun's new dawning ray,  
Lowly of heart, our God we pray  
That he from harm may keep us free  
In all the deeds this day shall see.

May fear of him our tongues restrain,  
Lest strife unguarded speech should stain:  
His favouring care our guardian be,  
Lest our eyes feed on vanity.

May every heart be pure from sin  
And folly find no place therein:  
Scant need of food, excess denied,  
Wear down in us the body's pride.

That when the light of day is gone,  
And night in course shall follow on.  
We, free from cares the world affords,  
May chant the praise that is our Lord's.

All laud to God the Father be,  
All praise, Eternal Son, to thee:  
All glory, as is ever meet,  
To God the holy Paraclete.  
Amen.

*Per Annum:*

*Ant.* Servíte Dómino † in timóre et exsultáte ei cum tremóre.

*Tempore Quadragesimæ:*

*Ant.* Vivo ego † dicit Dóminus: nolo mortem peccatóris, sed ut magis convertátur et vivat.

*Tempore Passionis:*

*Ant.* Libera me, Dómine, † et pone me juxta te: et cújvis manus pugnet contra me.

*Tempore Paschali:*

*Ant.* Allelúia, † allelúia, allelúia, allelúia.

### Psalmus 1 [1]

**B**EÁTUS vir, qui non ábiit in consílio impiórum, † et in via peccatórum non stetit, \* et in cáthedra pestiléntiæ non sedit:

Sed in lege Dómini volúntas ejus, \* et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus aquárum, \* quod fructum suum dabit in témpore suo:

Et fólium ejus non défluet: \* et ómnia quæcúmque fáciat, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic: \* sed tamquam pulvis, quem proícit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in júdício: \* neque peccatóres in concílio justórum.

*Throughout the year:*

*Ant.* Serve ye the Lord † with fear: and rejoice unto him with trembling.

*In Lent:*

*Ant.* As I live, † saith the Lord, I have no pleasure in the death of the sinner, but rather that he be converted and live.

*In Passiontide:*

*Ant.* Deliver me, O Lord, † and set me beside thee, and any man's hand may fight against me.

*In Eastertide:*

*Ant.* Alleluia, † alleluia, alleluia, alleluia.

### Psalm 1 [1]

**B**LESSED is the man who hath not walked in the counsel of the ungodly, † nor stood in the way of sinners, \* nor sat in the chair of pestilence.

But his will is in the law of the Lord, \* and on his law he shall meditate day and night.

And he shall be like a tree which is planted near the running waters, \* which shall bring forth its fruit, in due season.

And his leaf shall not fall off: \* and all whatsoever he shall do shall prosper.

Not so the wicked, not so: \* but like the dust, which the wind driveth from the face of the earth.

Therefore the wicked shall not rise again in judgment: \* nor sinners in the council of the just.

Quóniam novit Dóminus viam  
justórum: \* et iter impiórum períbit.

### Psalmus 2 [2]

**Q**UARE fremuérunt gentes: \* et  
pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, et prínci-  
pes convenérunt in unum \* advér-  
sus Dóminum, et advérsus Chris-  
tum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: \* et  
proiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, irridébit eos:  
\* et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, \*  
et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex  
ab eo super Sion montem sanctum  
ejus, \* prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: \* Fílius  
meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes  
hereditátem tuam, \* et possessi-  
onem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, \* et  
tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc, reges, intellégite: \* er-  
udímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre: \* et  
exsultáte ei cum tremóre.

For the Lord knoweth the way of  
the just: \* and the way of the wick-  
ed shall perish.

### Psalm 2 [2]

**W**HY have the Gentiles raged, \*  
and the people devised vain  
things?

The kings of the earth stood  
up, and the princes met together,  
\* against the Lord and against his  
Christ.

Let us break their bonds asunder:  
\* and let us cast away their yoke  
from us.

He that dwelleth in heaven shall  
laugh at them: \* and the Lord shall  
deride them.

Then shall he speak to them in  
his anger, \* and trouble them in his  
rage.

But I am appointed king by him  
over Sion his holy mountain, \*  
preaching his commandment.

The Lord hath said to me: \* Thou  
art my son, this day have I begotten  
thee.

Ask of me, and I will give thee  
the Gentiles for thy inheritance, \*  
and the utmost parts of the earth for  
thy possession.

Thou shalt rule them with a rod  
of iron, \* and shalt break them in  
pieces like a potter's vessel.

And now, O ye kings, under-  
stand: \* receive instruction, you  
that judge the earth.

Serve ye the Lord with fear: \* and  
rejoice unto him with trembling.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, \* et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus: \* beáti omnes qui confídunt in eo.

### Psalmus 6 [3]

**D**ÓMINE, ne in furóre tuo árguas me, \* neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: \* sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: \* sed tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam: \* salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: \* in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, † lavábo per síngulas noctes lectum meum: \* lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: \* inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me, omnes, qui operámini iniquitátem: \* quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecatió-nem meam, \* Dóminus oratió-nem meam suscepit.

Erubéscant, et conturbéntur ve-heménter omnes inimíci mei: \* convertántur et erubéscant valde velóciter.

Embrace discipline, lest at any time the Lord be angry, \* and you perish from the just way.

When his wrath shall be kindled in a short time, \* blessed are all they that trust in him.

### Psalm 6 [3]

**L**ORD, rebuke me not in thy Lindignation, \* nor chastise me in thy wrath.

Have mercy on me, O Lord, for I am weak: \* heal me, O Lord, for my bones are troubled.

And my soul is troubled exceedingly: \* but thou, O Lord, how long?

Turn to me, O Lord, and deliver my soul: \* O save me for thy mercy's sake.

For there is no one in death, that is mindful of thee: \* and who shall confess to thee in hell?

I have laboured in my groanings, † every night I will wash my bed: \* I will water my couch with my tears.

My eye is troubled through indignation: \* I have grown old amongst all my enemies.

Depart from me, all ye workers of iniquity: \* for the Lord hath heard the voice of my weeping.

The Lord hath heard my supplication: \* the Lord hath received my prayer.

Let all my enemies be ashamed, and be very much troubled: \* let them be turned back, and be ashamed very speedily.

*Per Annum:*

*Ant.* Servíte Dómino in timóre et exsultáte ei cum tremóre.

*Tempore Quadragesimæ:*

*Ant.* Vivo ego dicit Dóminus: nolo mortem peccatóris, sed ut magis convertátur et vivat.

*Tempore Passionis:*

*Ant.* Líbera me, Dómine, et pone me juxta te: et cújúsvis manus pugnet contra me.

*Tempore Paschali:*

*Ant.* Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

*Capitulum* *1 Tim. 1:17*

**R**EGI sæculórum immortáli et Invisíbili, † soli Deo honor et glória \* in sæcula sæculórum. Amen.

℞. Deo grátias.

℣. Exsúrge, Christe, ádjuva nos.

℞. Et líbera nos propter nomen tuum.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

*Pater Noster, dicitur secreto*

*usque ad:*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem:

℞. Sed líbera nos a malo.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

*Throughout the year:*

*Ant.* Serve ye the Lord with fear: and rejoice unto him with trembling.

*In Lent:*

*Ant.* As I live, saith the Lord, I have no pleasure in the death of the sinner, but rather that he be converted and live.

*In Passiontide:*

*Ant.* Deliver me, O Lord, and set me beside thee, and any man's hand may fight against me.

*In Eastertide:*

*Ant.* Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

*Chapter* *1 Tim. 1:17*

**N**ow to the king of ages, immortal, invisible, † the only God, be honor and glory \* for ever and ever. Amen.

℞. Thanks be to God.

℣. Arise, O Christ, and help us.

℞. And deliver us for thy name's sake.

Lord have mercy upon us, Christ have mercy upon us, Lord have mercy upon us

*Our Father is said silently until:*

℣. And lead us not into

temptation:

℞. But deliver us from evil.

℣. The Lord be with you.

℞. And with thy spirit.